

tra quod dicit Hierem. xlviij. Maledictus qui opus dñi facit fraudulēter. Cauendū est discipulo religioso degenti sub obedientia ab omnibus istis ne sic faciendo laborē obedientie z mercedē perdat in toto vel in parte. Bernardus: Admētote fratres: christus ne perderet obedientiā perdidit vitam: si autē christus sic fecit quātum cauendum est nobis ne obedientie bonum perdamus.

Regule sci Benedicti ca. vj. de taciturnitate.

Faciamus quod ait ppheta: Dixi custodiam vias meas: vt nō delinquā in lingua mea. Posui ori meo custodiā: obmutui z humiliat⁹ sum z filui a bonis. Hic ostendit ppheta si a bonis eloquijs interdū propter taciturnitatē debet taceri: q̄to magis a malis verbis ppter penā peccati debet cessari. Ergo quīs dō bonis z sanctis ad edificationē eloquijs pfectis discipulis ppter taciturnitatis grauitatē rara loquendi cōcedat licētia: quia scriptū est: In multiloquio nō effugies peccatuz. Et alibi: Adors z vita in manibus lingue. Nam loq z docere magr̄m condecet: tacere et audire discipulo zuenit. Et ideo si qua requirēda sunt: a priore cū omnium humilitate z subiectione reuerētie requirantur. Scurrilitates vō vel verba ociosa z risum mouentia eterna clausura in omnibus locis dānamus: z ad tale eloquium discipuluz aperire os nō permittimus.

Tractatus. D. car. lvj. de taciturnitate et silentio.



Scripta obediētia monastice discipline: nūc beatus Benedictus admonet discipulū ad taciturnitatis grauitatem et amorē sciens q̄ silentiū custof virtutū est. Et diuidit hoc capitulum in tres partes. Primo quidē exhortat ad taciturnitatē ex auctoritatibus sacre scripture. Scdo inducit rationes ad hoc. Tertio ponit specialiter aliqua a quibus ita abstinentū est vt nunq̄ illis os nostrū accōmodare debeamus. Circa primū scūs pater dicit sic (Faciam⁹ qd ait ppheta). s. psal. xxxvij (dixi) id est in corde deliberari. Sapiētes enī prius deliberant q̄ loquant: siue firmiter pposui (custodiā vias meas) q̄ multe sunt. s. cogitationes locutiones operationes: De quibus hierem. vij. Bonas facite vias v̄as et custodia v̄a. (vt nō delinquā in lingua mea) q̄ nisi homo sollicite custodiat vias suas cito labit lingua. Unde petebat ppheta Done dñe custodiā ori meo z ostiū circūstātie labijs meis (Posui ori meo custodiā obmutui) glo. quasi diceret: posui ori meo custodiā vsqz eo q̄ obmutui. i. penitus tacui (z humiliatus sum) glo. Hoc dicit vt puruz intelligas filētiū nō volosū (Et filui a bonis hic ostendit ppheta) inqt scūs pater Benedictus (si a bonis eloquijs interdū propter taciturnitatē debet taceri: quātomagis a malis verbis ppter penā pcti debet cessari. Ergo discipulis quanuis pfectis de bonis z scis edificationū eloquijs propter taciturnitatis grauitatē rara loquendi cōcedat licentia) Sequit (Quia scriptū est) Nec est pars scda huius capituli in q̄ scūs pater aliquas inducit causas quare taciturnitas amanda sit. Cūbi notandū q̄ decē assignari possunt propter q̄ grauitas taciturnitatis amanda sit. Cūmo quia per illā homo euitat multa pctā que ex loquacitate oriri solēt. Et hāc causaz inducit scūs pater Benedict⁹ cū ait (quia scriptū est). s. prouer. x. (In multiloquio nō effugies pctm) Climacus in libro de scala spiritali in capitulo de loquacitate Loquacitas est ignorātie certū argumentū detractiōis ianua: scurrilitatis dux: mendaciū opifer: cōpunctiōis desolatio: accidie auctor siue euocatrix: somni pcursor:

psal. xxxvij

prouer. x.

prouer. xiiij.

Notēt monachi: imo religiosi oēs z p̄cipue iuvenes.

Tienostre.

Propter de-
cez amāda est
taciturnitas.

Loquacitatis
mala.